

A N T O N I I  
A V G V S T I N I  
I V R E C O S.

Emendationum, & Opinionum Lib. IIII.

*Eiusdem ad modestinum, siue de Ex-  
cus. Liber Singularis.*

I T E M,

Lælij Taurelli,  
Ad Gallum, & legem Velleam,  
Ad Catonem, & Paulum,  
De militiis ex casu.

*Omnia quidem secundum Pand.  
Flo. Editionem.*



L V G D V N I,  
Apud Antonium de Harfy.

M. D. X C I.

*ex de el 6 legio de la*

14949

*exhibis Michaeli  
de Carnis. Marioni*



*Handwritten notes and fragments of text, including 'M...', 'A.L...', 'ter...', 'de...', 'L O', 'u illis', 'sipe'.*

ANTONII AVGV-  
STINI EMENDATIO-  
NUM ET OPINIO  
NUM LIBER PRIMVS,  
ad MICHAELEM  
MAIVM Procan-  
cellarium.

\* \*

**M** à primis temporibus etatis ita nos,  
Mai, iuris civilis cognitioni dederimus, ut  
doctissimi hominib. audiendis multos annos  
peregrinationem nostram non moleste tuleri-  
mus: & cum ab eorum latere discessimus,  
cœpimusq; nostras operas ad iuris civilis li-  
bros intelligēdos applicare, qua in re & veterum peritorum &  
nostrorum temporum iuris interpretum libri uteremur, addi-  
dissemusq; cura omnib. Latina Græcæq; lingua quod utriusq;  
maximam cognitionem in nostrorum librorum optimis auctori-  
bus videremus: Nulla res nos magis dubios incertosq; dimitte-  
bat. quàm quod non eandem omnibus legum libris scripturam  
quodq; molestissime semper tuli, contrariam non uno atq; alte-  
ro loco, sed pene sexcentis inueniremus. Namq; ita existimabã,  
non posse quemquam aliorum disceptationes definire, aut de iure  
interrogatum respōdere, aut discipulos docere suos, aut defendere  
clientes, que iureconsulti munia esse putantur si de legum ipsa-  
rum verbis dubitaret. Itaq; cum didicissem optimam iuris civilis  
partem ex nobilissimis, illis libris, qui Florentia nunc sunt, patriã  
nostrorum memoria fuerant Pisus, exscriptam esse: cum primum  
per ceterarum partium iuris studia licuit, à COSMO MI-  
DICE Tuscorum Luce humanissimo impetravit per IOA. L.  
NAM ciuem meum, virum ob rei militaris peritiam, integer-  
mam fidem generis nobilitatem, morum comitatem, Casati Flo-  
truræq; toti valde carum, ut mihi & IOAN. METELLO  
Sequano. adulescenti moribus & ingenio præclaris, tandem illis  
libru uti liceret, quãdiu nostrorum librorum emendationi ope-

# DE FLORENTI-

## NIS PANDECTIS,

*An verum sit ex eis ceteras esse ex-  
scriptas, utque erratum in omni-  
bus libris sit, praeostere qui-  
busdam chartis scriptis,*

*atque etiam ti-  
tulis. . . I.*



Vo honore, quaq; ut ita loquar, vene-  
ratione Etruscae pandectae Pisis olim,  
nunc Florentiae habitae sint, arbitror  
ignorare neminem: id tamen iure in-  
iuriiae fiat, venit nonnunquam in du-  
bitationem. Nam qui eos libros ab i-  
pso Iustiniano, aut à Triboniano potius, conscriptos e-  
xistimant, ut cum de alienius loci scriptura dubitaretur,  
haberent homines, quò venissent, minui Caesarum  
maiestatem existimant, si non omni honoris genere  
cumulentur. <sup>a</sup> Qui vero introsperere maeam aliquan-  
do, & lituris punctisq; notatam crebrius, quam optimis  
libris faciendum erat, scripturam: <sup>b</sup> item illi, qui quod  
ipsi efficere non possunt, vituperant: reprehendendos  
eos esse arbitrantur qui in legendis illis elaborant. Sed  
mihi neutri audiendi esse videtur. Nam cum eos libros  
diligentissime perlegissem, in ea sententia sum, ut vni-  
cum illud quidem exemplum arbitrer, ad quod omnes  
omnino qui hodie extant Digestorum libri conscripti  
sunt: sed tamen id non credam Iustiniani tēpore scriptum  
fuisse. Vtrunq; quib. argumentis mihi proberetur, osten-  
dam. Et principio illud, quod in omnib. reb. per magnū  
existimatur, praeterendum non est, omnium iuris ci-  
vilis studiosor. hominum eam esse à maioribus acce-  
ptam opinionem, & à veterib. praeceptoribus per ma-  
nus ad nos traditam sententiam, illos libros integri-

a Ang. Poli.  
in epif. &  
miscel. & Bo-  
lo. interpr.  
b Alc. li. iij.  
ca. xij. dis-  
pun. & s. Ca-  
to.